



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

10. De Sacra Eucharistia, pro crebo communicantibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70978)

MEDITATIONES
DE SANCTISS.
SACRAMENTO EV-
CHARISTIAE.

Pro iis, qui crebrius communicant.

MEDITATIO I.

*De excellentia Sacramenti Eucha-
ristia.*

CONSIDERA in isto Sacramento conti- 1.
neri. Primò Christi diuinitatem, fontē
gratiæ omniumq; donorum spiritualium.
In Christo enim inhabitat, teste Apostolo,
omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, & Col. 2.
omnes thesauri sapientiæ & scientiæ in eo sunt
reconditi. 2. animam Christi, omnis sapien-
tiæ, gratiæ, & virtutū plenissimam, omnes
creaturas corporales & spiritales pfectio-
ne superantem. 3. sanctiss. Christi carnem à
Spiritu sancto ex purissima carne, sangui-
neq; gloriosæ Virginis Mariæ formatā, &
hypostaticè diuinitati vnitam 3. sanguinē
sacratissimum, à Christo primum adhuc
infantulo, dum circumcideretur, deinde
verò

vero in ara crucis copiosissimè effusum, ut tu discas quoque circumcidere & resecare prauos tuos affectus, & inordinatas animi perturbationes mortificare.

2. Considera, excellentiam huius sacramenti posse nobis constare. Primo, quia Deus illud in veteri testamento præstantissimis figuris præmonstrauit, ut panis & vini à Melchisedec oblato Abrahæ, panum propositionis, panis subcinericij Helia, agni Paschalis, Mannæ arcæ fœderis, & farinae Helizæi. 2. variis nominibus appellauit in testamento nouo, ut panis, potus, carnis & sanguinis, Eucharistiæ, communionis, corporis Domini, calicis, viatici, sacramenti, sacrificij. 3. multis admirandis miraculis variis locis & temporibus illustre reddidit. 4. quia angeli magno numero, ubi hoc sacramentum conficitur, & reuerentia, ut loquitur B. Chrysostomus, assistunt, & supplices illud venerantur. 5. quia omnes S. Patres multis laudibus illud prosequuntur, & pro nobilissimo mysterio, i. mo omnium sacrificiorum veteris testamenti complemento prædicant. 6. quia Ecclesia non solum quotidie illud conficit, & ad venerationem conseruat, sed etiam sollempnibus festis & processionibus

quo

quotānis celebrat. 6 quia nihil ēque hor-
rent dæmones ac Eucharistiam.

Considera miracula stupenda, quæ sūt
in hoc vno sacramento. Primò enim con-
secratione à sacerdote peracta panis in
corpus Domini, & vinum in sanguinem
transubstantiatur, imò vtrumq; in totum
Christum, vti iam est in cælo. 2. accidentia
panis, vt quantitas, figura & qualitates ibi
manent sine subiecto. 3. licet hostia variis
modis afficiatur, pūgatur, comedatur, ca-
lescat, &c. nihil tamen inde patitur corpus
Christi, quia est incorruptibile, sicut in cæ-
lo. Quarto, vnū corpus CHRISTI non so-
lum est in duobus locis simul, vt in cæ-
lo & in altari, sed in mille, id est, vbicunq;
sunt hostiæ, 5. nec solum est totus Christus
cum carne, anima & diuinitate in hostia,
sed etiam in qualibet hostiæ parte, si forte
frangatur. 6. totus est in minima etiam
particula, quæ speciem panis vel vini reti-
net, cum omni sua quantitate & acciden-
tibus. Et alia plura. Quæ omnia Chri-
stus fecit ex solo amore tui, vt
tecum esse posset, tibiq;
prodesse,

ME:

MEDITATIO II,

De causis institutionis huius Sacramenti.

1. **C**ONSIDERA, primam & præcipuam causam esse, vt declararet quãto amore nempe infinito & immenso nos prosequeretur, vnde Ioannes de vltima cena acturus. *Cum, inquit, dilexisset suos, quærant in mundo, in finem dilexit eos.* Dedit enim **CHRISTVS** nobis in hac institutione, non aurum non gemmas, sed thesaurum omnium thesaurorum, corpus suum & sanguinem animam & diuinitatem, **DEVM** & hominem, quo nihil maius & præstantius pari potuit. Secundò, hoc donum nobis præparauit eo tẽpore, quo Iudæi præparabant virgas, spinas, contumelias, blasphemias, spinas, clauos, crucem, & omnis generis tormenta **CHRISTO**. Vnde intelligis, quantum obstricti sumus vicissim amare donum & donatorem, & crebro hoc Sacramentum vsurpare.
2. **C**ONSIDERA, alteram causam esse vt nobis viam suæ passionis, imo totius vite memoriam relinqueret Vnde & præ-

cepit

cepit dicens. *Hoc facite in meam commemorationem.* Tertiam vero, ut sua præsentia reali & perpetua continuo solatio sponſæ suæ, quæ est Ecclesia, & cuique animæ fideli esset. Quartam, ut membra capiti in vno corpore coniungeret, sic ut illud membris semper posset se communicare, & in ea influere, sine quo influxu illa mortua essent. Quintam, & hac esca & potu spiritali suæ sanctissimæ humanitatis nos inuitaret & traheret ad contemplationem & amorem suæ diuinitatis.

Matt.
20.

Confidera, & alias causas, ut sextam, ad conferuandam scilicet vitam nostram spiritualem, cum iste panis sit spiritalis, qui facit nos crescere in spiritu: sicut & cibum corporalem nobis prouidet, ut crescamus in corpore. Septimam, ut medicinam nobis contra quotidianas infirmitates id est, contra peccata relinqueret, sicut & reliquit contra vulnera & morbos corporum. Octauam, ut non careremus sacrificio vero ad diuinam maiestatem placandam, quam quotidie offendimus: & ad gratias agendas pro beneficiis, quæ indies recipimus. Nonam, ut nobis occasionem præberet admirabili modo exercendi tres virtutes.

3.

virtutes Theologicas, fidem, spem & caritatem, cum in hoc sacramento id maxime requiratur. Decimam & postremam, ut intime ipsi Deo coniungeremur, qui prope cum ipse sit huiusmodi cibus in hoc sacramento, qui manducantem in se conuertat

MEDITATIO III

De dignitate, qua homini accedit ex hoc Sacramento.

1. **C**ONSIDERA, dum cōmunicas, te fieri templū Spiritus sancti, & tabernaculum totius Trinitatis, circumdariq; infinito angelorum numero canētiū, *Sāctū, Sanctus, Sanctus.* Ut ergo templum semper debet esse mundum, & ornatum, sic cogita debere esse cor tuum purum & virtutibus ornatum. 2. animam tuam fieri thecā reliquiarum corporis & sanguinis Domini, quæ longē omnes sanctorum reliquias excedunt. Ut ergo eiusmodi thecā sunt aureæ & argenteæ, margaritisque & gemmis ornantur, sic cura, ut anima tua auro caritatis, & argento castitatis, & aliorum donorum cælestium gemmis sit instructa.
2. Considera te communionē fieri quasi matrem

SS.

matrem
Christi, in
commun
generis a
mam tua
Operam
Virg. ma
facta est
viam C
quo non
deo, sed
crum ill
pus Chr
contine
corpora
ante co
omnibu
busque
CON
hospite
degeret
diueris
ses. Qu
voles, r
mam tu
riofum
vestem
pedes c

matrem DEI, sponsam IESU, fratrem Christi, imò B. Virginis filiū. quoties enim communicas, gignis in te Christum, & gigneris à Christo, quia corpus tuū & animam tuam in suam carnem transformat. Operam ergo dare debes, vt & imiteris B. Virg. maximè in humilitatis virtute, qua facta est mater Dei. 2. te fieri sepulcrum viuum Christi, non mortui, sed viuētis, in quo non tantum 40. horis, vt in illo lapide, sed perpetuo quiescat. vt ergo sepulcrum illud erat nouum & mundū, & corpus Christi inuolurum in syndone mūda continebat, (vnde & in altari ponitur in corporali mundo) sic cura animam tuam ante communionē semper expurgari ab omnibus peccatis etiā venialibus, omnibusque carnalibus affectionibus.

CONSIDERA te, dum cōmunicas, fieri hospitem Christi. Si Christus cum adhuc degeret in terra, vel semel in domū tuam diuertisset, certe beatissimum te reputasset. Quanto beatior nunc es, dum quoties voles, nō in domum, sed in corpus & animam tuam, eumque immortalem & gloriosum recipis, nec solum benedictā eius vestem vel carnem tangis, manusque vel pedes oscularis, sed ore ipso sumis & intime com-

mè complecteris. 2. fieri te ex crebra com-
munionē Dei aulicū & cubiculariū, af-
sidere mēſæ regiæ, & veſci epulo pretioſi-
ſimo cārnis & ſanguinis Domini. Nulla
vnquam mater inuenta eſt, quæ carne ſua
pauerit propriū filiū: at Deus hic pro-
priū filij carnem manducandam apponit.
Vide ergo quā debeas eſſe humilis, vere-
cūduſ, comptuſ, & omni virtute ornatuſ.

MEDITATIO IV.

*De effectibus & fructibus huius ſa-
cramenti.*

- I. **C**ONSIDERA, te quoties corpus Do-
mini ſumis, os applicare lateri Chri-
ſti, & ſanguinē eius pretioſiſſimū exſu-
gere, vt loquitur S. Chryſoſt. ac ideo partici-
pem fieri ſpiritus Chriſti, omniumq; vir-
tutum. Vt enī qui cibum ſumit, cum ſibi
eiuſq; vim ſibi propriam facit, ſic qui
Chriſtū ſumit eiſ bona & dona ſibi pro-
pria facit. Vnde ſicut patriarcha Iacob in-
dutus veſtibus fratris Eſau benedictiones
eiuſ accepit, ſic nos induti carne Chriſti
omnes benedictiones ſpirituales heredi-
tamur. 2. conſidera, omnia mala per com-
munionē pelli, vt peccata venialia, & ali-

quando mortalia, cum sunt occulta & incognita, concupiscentiam carnalem minuit, tribulationes leniri, pœnas Purgatorii alleviari, & dæmōnes fugari.

CONSIDERA per communionem gratiam in anima mirificè augeri, intellectū illustrari, voluntatem accendi, cor cōfortari, consciētiam exhilarari, amorē mundi in Dei amorem conuerti, deuotionem excitari, familiaritatem cum Deo iniri, pignus diuinę glorię accipi, omnes virtutes capere incrementum. 2. eiusdem beneficio te posse & debere multas exercere virtutes, quas abstinendo à sacramento non exercerēs; nam qui cōmunicare vult, primo templum adit. 2. cogitat de vitamendanda. 3. dolet de peccatis. 4. humiliter confitetur, & absolutionem cōsequitur. 5. pœnitentiam iniunctam explet. 6. orat deuotius. 7. ædificat proximum. 8. exercet actus religionis. 9. profitetur fidem. 10. exercet actum amoris erga Christum.

CONSIDERA quot millibus hominum in mundo ignotus sit hic thesaurus, & vt notus sit multis, quam pauci illum quaerant, Et vt voluntas sit quaerendi, tamen deest occasio: ac vt sit, non permittantur

cauti. Quot sunt in Germania sola, qui
optarent vel micas de mēsa Domini col-
ligere, & copia non datur? Quot reputa-
rent se beatos, si vel semel in mense pos-
sent esse conuiuæ Christi? Imò quot mo-
nachis & monialibus potestas communi-
candi adempta est? 2. considera, si nobis
Dominus dedit, quod tot hominibus ce-
gavit, & quotidie negat, quantas debe-
mus pro tam singulari beneficio age-
gratias? Et quominus dignas reddere pos-
sumus, eo pluris debemus hoc sacramen-
tum facere, & crebrius frequētare, ut ipse
met sibi in nobis, & pro nos eas reddat gra-
tias, quas nos reddere deberemus.

MEDITATIO V.

De preparatione ad communionem.

1. **C**ONSIDERA à Scriptura sacra nos
comoneri de hac preparatione verbis &
exemplis. Verbis, nam in primo Regū dī-
citur. *Prepara te Israhel in occursum Domi-
ni Dei tui, quia ecce veniam, & manum
meam in medio tui.* Et in epistola R. Pauli. *Prepara
te ipsum homo, & sic de pane illo edat, cum
probationem Ecclesia intelligit de cōmu-
nitione & confessione sacramentali postea
comunionem*
1. Reg.
7.
1. Cor.
11.

torum mortalium. Exemplis verò. Quia
 si ad māducandū panes propositionis, qui
 erant typus S. Eucharistiæ tanta munditia
 requirebatur, & ad sumendum agnum Pa-
 schalem opus erat tot ceremoniis. Si Ioan-
 nes Baptista indignū se reputabat, vt tan-
 geret Christum, & Petrus, vt secum esset
 in uauī, ac Centurio, vt intraret sub eius
 lectū, quomodo nos digni erimus sine
 preparatione? Certe de primis Christia-
 nis, qui quotidie communicabāt in Actis
 scribitur, quod multitudinis credentium
 cor vnum erat & anima vna, & perseue-
 rantes erant in oratione.

Considera, si natura & ars longè me-
 lius opus producant, quando materia
 prius bene est disposita; & si homines hu-
 ius seculi honoratissimè se vestiant, dum
 inuitantur ad nuptias; atque item magno
 studio se comparant, quando princeps a-
 liquis vel dux hospitio recipiendus est,
 quid nō facere debeamus, cū suscipiendus
 est rex regum, & dominus dominantium
 maximè cū nō veniat, sicut Principes ter-
 reni, vt tantum hospitio suscipiatur, sed vt
 animam tuam cœlestibus donis ornet ac
 locupletet? Deinde, si in communione
 anima nostra cōiungitur Deo, sicut reuera

Ii 3 coniu-

1. Reg.

21.

Exod.

12.

Matt.

3.

3.

Act or.

4.

4.

4.

4.

4.

4.

4.

4.

4.

4.

4.

4.

4.

4.

4.

4.

4.

4.

4.

4.

4.

4.

4.

4.

4.

4.

4.

4.

4.

4.

4.

4.

4.

4.

4.

4.

4.

4.

4.

4.

4.

4.

4.

4.

4.

4.

coniungitur, quomodo dignè fieri potest ista cōiunctio anima existente impura, & tepida, cum Deus sit purissimus, & ignis consumens?

3.

Considera, animam vt Deo dignè coniungatur primo purgandā esse à peccatis, maximè lethalibus, ne iudicium sibi manducet & bibat, idq; per contritionem, confessionē & satisfactionem, actumore extremi iudicii & pœnarū iuferni.

Mat. 5.

2. ab omni auersione à proximo, contentionibus & rixis, memor verborum Christi. *Quando offers munus tuum ad altare, & vade reconciliari fratri tuo* 3. ab omnibus affectibus inordinatis, & rerum terrenarum cupiditate, vt per amorem anima Deo, à quo recessit iterum purè vniri possit, ab omni turpium cogitationum specie, quia corpus sumitur purissimum; imò ab omnibus peccatis venialibus, quia deuotionem impediunt. 2. considera cum Centurione te esse omnino indignum sacra communione, & ideo supplex precare Deum, ne respiciat tuam indignitatem, sed dignum te secundū magnā misericordiam suam, mouendo ad veram contritionē faciat. *Cor contritum enim & humilitatum Deus non despicit.* Fateri te infirmum

Psal. 50

morti.

mortique vicinum, & ideo confugere ad medicum: pauperem & mendicum, & ideo pulsare ad ianuam diuitis: esse filiū prodigam, & ideo te in terram prostratum clamare. *LUC. 18.*
Pater peccavi in coelum & coram te, iam non sum dignus vocari filius tuus.

MEDITATIO VI.

De fine vel intentione communicantis.

CONSIDERA, inter ea quæ ad præparationem sunt necessaria, principè ferè tenere locum rectam intentionem vel finem, quem in cōmunicando habere debes. *Si enim oculus tuus fuerit simplex, ait Christus, totum corpus tuum lucidum erit: Matt. si autem fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit. 2.* [confidera intentionem vitiosam vel certe minus laudabilem esse posse. 1. si communicares, vt mundo habereris pius & sanctus. hæc enim esset hypocritis & vana gloria. 2. si principaliter communicares ad impetranda bona terrena: nam cum huius sacramenti cibus sit spiritualis animæ, non debet primario referri ad caduca & terrena. 3. si primario spectares consolationem vel voluptatem spiritalem, quia talis intentio nascitur ex

Li 4 amore

amore proprio. 4. si tantum id faceres ob consuetudinem, vel quia alii id faciunt.

2.

Considera, rectam intentionem esse posse. 1. si communices ad obtinendam remissionem peccatorum, quia hoc sacramentum etiam est sacrificium, quod

3 Bon. in o. puf. de Missa. offertur pro peccatis. 2. ut libereris a gravi aliquo malo, afflictione, tentatione, ut imperres singularem aliquam gratiam vel donum spiritale. 4. ut gratias agas pro beneficiis temporalibus, & spiritualibus tibi, aliisque collatis. 5. ut colas laudesque Deum & Sanctos cum hoc sit sacrificium omnium maximum. 6. ut tanto familiarius te coniungas ex amore cum Christo, & fias unum cum ipso. 7. ut iuves proximos viuentes & defunctos. 8. ut Christo gratum praestes officium, quem scis summo desiderio teneri ut nobiscum sit. *Delicia mea,* inquit alicubi, *esse cum filiis hominum.*

Proh.

8.

3.

CONSIDERA, ex omnibus finibus optimos esse eos ob quos praecipue est institutum hoc sacramentum. 1. est, ut haberes memoriale passionis Dominicae, & ideo Christus dixit, *Hoc facite in meam commemorationem.* 2. est, ut sicut cibo corporali corpus, ita hoc spiritali cibo anima pasceretur. Vnde Christus. *Qui manducat*

Ioa. - 6.

hunc

hunc panem, viuet in aeternum. Et: nisi manducaueritis carnem filii hominis, nō habebitis vitam in vobis. 3. est, vt transformareris in Christum, vt esses in Christo, & Christus in te. Qui manducat meam carnem, inquit ipse, & bibit meum sanguinem, in me manet & ego in illo. 4. est & primarius, vt imbibas spiritum Christi, per quem viuamus, inquit S. Bonauentura, cum illa humilitate, caritate, obedientia, amore paupertatis, mortificatione corporis, contemptu mundi & desiderio multa patiendi, sicut Christus vixit.

MEDITATIO VII.

Quid in ipsa communionē & post eam considerandum.

CONSIDERA summo mane eius diei quo communicabis, Dominū magno desiderio te in Ecclesia expectare, vt in anima tua requiescere possit: Deinde ad eundem illam cogita, quanto gaudio efficiatur angelus tuus custos, dum te comitatur eūtem, vt suum tuumq; Dominū hospicio recipias. Tertio eandem ingressus cōspecto altari, in quo est sacramentū, humilem illi in corde exhibeas reuerentiam auxiliumque B. Virginis aliorumve San-

Ii s ctorum

storum patronorum tuorum inuoca, ut te
postea ad communionem euntem comi-
tentur & gratiam dignè, & cum fructu
communicandi tibi impetrent.

2. *Matt.* Dum accedis altare cogita tibi dici. *Ec-*

25. *ce (sponsus venit: exite obviam ei. Venit ille
plenus desiderio tecum manendi, plenus
caritate, benignitate, & omni bono. Tu
quoque illi obviam plenus deuotione, gan-
dio, reuerentia, & humilitate, dicens cum
B. Virgine, cum esset conceptura Chri-*

Luc. 1. *stum. Ecce ancilla, ecce seruus Domini, fiat
mibi secundum verbum tuum. 2. dum iam
sumis, tecum sic loquere. Vnde hoc mihi ut
veniat Dominus meus ad me? simulq; con-
sidera quis ille sit, qui venit, nempe crea-
tor & redemptor tuus, ac illud S. Franci.
vsurpa. Deus meus & omnia. Quis es tu? &
quis sum ego? adorans interim tota submis-
sione cordis eum tanquam Deum.*

3. Dum ab altari recesseris, age primo ma-
ximas Deo gratias, quod dignatus sit ani-
mæ tuæ domum intrare. 2. te ipsum tuaq;
omnia illi in holocaustum offer, sicut ille
se totum tibi obtulit. 3. exerce actus amo-
ris quasi spiritualiter eum amplectendo,
tangendo, manus & pedes osculando,
rogandoque ut tecum maneat. 4. expone
eimi.

ei miseras tuas, inseruendi ei desidera, & pete, vt domum tuam optimis virtutib. exornet, gratiamq; largiatur, vt diem illum in omni pietate transigere valeas, ne facile calor deuotionis pereat.

MEDITATIO VIII.

De frequentanda communione.

CONSIDERA, in Ecclesia primitiua quæ ab Apostolis gubernabatur frequenter, imò quotidie communicatū esse. à qua frequentia omnem sanctitatem & ardorē spiritus eius Ecclesiæ manasse certum est. Cōstat enim, quo vsus ille postea magis elanguit, hoc sanctitatem populi Christiani plus imminutam. Vnde & hoc seculo, quo multis in locis vsus ille est restitutus, videmus quoque pristinam reflorescere pietatem & ardorem, Ecclesiamque multis nouis sodalitatibus & religionibus augeri.

Considera, cum hoc sacramentum sit animæ cibus, quo ipsa in vita spiritali alitur & roboratur, manifestè cōsequi, quo sæpius hoc cibo alitur, robustiorem & perfectiorem in vita spiritali reddi. Adde, quod sub specie panis & vini Christus id instituerit, vt indicaret nos eo sæpius vti debe-

debere; nam vt panis communis sapius
comestus vitam conseruat temporalem,
sic ille spiritualē. Vnde & S. Patres in do-
minica oratione, per *panem quotidianum*
intelligunt S. Eucharistiam. Sciantem ra-
tō sumitur, inquit Ambrosius, quomodo
est quotidianus? 2. expende, cum hoc sa-
cramentum sit omnis perfectionis & san-
ctitatis fons, suosque salutare effectus
omnibus dignè communicantibus som-
municet. certum esse, quo quis commu-
nicat crebrius, hoc amplius eorum effe-
ctuum participem reddi.

3. Considera, cum inter beneficia
Christi maxima sit eius passio, nostraque
redemptio, nulla re nos magis ingrati ani-
mi notam effugere, quam crebra com-
munionē, quia hac secundum institutio-
nem Christi illius renouatur memoria.

10a. 6. Dixit enim, *Hoc facite in meam*, id est,
in meæ passionis *commemorationem*, & per-
pende quod Christus se desideret à nobis
recipi, & proposita promissione, quod re-
lit manere in nobis, & vitam æternā do-
nare, ad recipiendum inuitet: non potest
igitur fieri, vt verè amemus Christum, vel
desiderio teneamur cum illo manendi, si
non recipiamus eum sæpius.

MEDI.